



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.8. Capitur arx, & Guterrius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

98 *Cap. IV. M. Guterrij exemplo animam*
tribulatione agitantur, & franguntur! Co-
lumnæ, petrae similes esse debemus, quas
nullis fluctibus cedunt: & arundini simi-
les sumus, à quouis vento agitandæ, à quo-
uis socio nos sinimus abduci à recto. Pe-
trum non pœnitentem & flentem, sed an-
cilla cedentem imitamus. Hoc est arcem
tradere, non seruare.

VIII.
CAPITVR
ARX ET
C. TER.
RIVO.

Sed ad *Marcum Guterrium* nostrum re-
deamus, & videamus, quid in castro suo
faciat, vel patiat. Toto jam die acclinis
portæ & semianimis federat. Cùm rex so-
litum impetum in arcem faciens, miratus
est, neminem esse resistentem. Iussit ergo
scalas ad murum admoueri. Certatim rui-
tur, & quisque vult primus esse in muro.
Nemine repugnante facile fuit ascendere.
*Ascendentes nobilem virum seminiuum repe-
riunt, castrum, non se custodientem. Ita cum
vires jam defecerant, vt sine motu, ac pro-
pe etiam sine sensu jaceret. Arbitrantes igh-
tur, qui ascenderunt, Castellatum mortuum,
ad regis presentiam supra humeros detulerunt.
Lachrymatuſ est igitur rex ob viri illius ingen-
tem virtutem, curamq; de eo gessit, remedijsq;
adhibitis paululum conualuit. Amat ipse ho-
ſtis in hoſte virtutem, Cùm itaq; rex ob eius
egregia*

contra peccatum defendendam.

99

egregia gesta ac pertinacissimam fidem plurimas obtulisset, Absit, inquit Marcus, ut à te, ô rex, aliquid capiam, qui gloriam, qui honorem arripuisti meum. Erat mihi sempiterna gloria in arce mori, quam tu, ut viverem, abstulisti. Ibo, si permittas, ad dominum meum libens, ut vitam adimat, quam tu invito donasti. Sed quid agam? fidem ei prastiti, quam non nisi morte persolvere poteram. Perpetuas igitur contra te, ô rex, agam querelas, qui, ne fidem persolverem, impedisti. Videbantur hæc contra regem dicta, sed regi placuerunt optanti, multos sibi similes esse duces, qui auderent coram se loqui veritatem, ac tantam mundo exhiberent fidelitatem. Placet enim, & laudatur etiam in hoste virtus.

Itaque viribus suis ex integro restitutus, non tantum libertate donatus à rege Marcum, sed etiam cum magna benevolentia, atque honore dimissus est. Qui non domum, ad uxorem, aut liberos, sed recto itinere inde ad dominum suum in Africa exulantem profectus, magnam præ se tulit, ob amissam arcem, animi tristitiam. Sed Didacus jam rerum omnium, aliorum relatione, gnarus eum benignè accepit, & longè plura certioraque ab eo de tota rei serie

G 2

intel-

IX:
QVAM AC
CERBE
SENTIANT
MILITES,
SI INGRA-
TOS LABO-
RIBVS AC
PERCVLIS
SVIS DO-
MINOS EX-
PERIAN-
TVRS.